

Ann. IX.

ROMAE, Kal. Septembribus MDCCCCVI.

Num. IX.

VOX URBIS


DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;
ubique extra Italiam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKĄ RODZINNA"

VARSAVIAE POLONORUM

Rakowskie Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LONDON W.

28, Orchard Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sed. Ap et S. Rit. Congr. Typ.

RATISBONAE in BAVARIA.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

De silvis lege protuendis.

De rationibus latinam linguam docendi quid senserit Valchius.

Varia latinitas. — Paroemiae sive adagia: Inter sacrum et saxum. — Novacula in eotem.

De theologica morum doctrina cum praeceptis institutisque medicinae coniungenda.

Horae subsecivae. Pilei historia (humanae fortunae allegoria).

Ex Scotia. — De Aberdonia urbe eiusque studiorum Universitate.

De Summorum Pontificum Romanorum nummis.

Colloquia latina. — Ludus trudicularis.

Acta Pontificia. — SS. D. N. PII PP. X «Epistola Eneyelica» ad Archiepiscopos et Episcopos Galliae.

Ex SS. Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae.

Diarium Vaticanum. — Coram SSmo admissiones. — Pontificiae electiones. — Vita functi viri clariores. — Varia.

Annales: Russicae res. — Graecorum Bulgarorumque discordiae. — Regale colloquium.

Publici per Orbem coetus legibus ferendis.

Per Orbem.

Aenigmata.

Libri recens dono accepti.

In tertia operculi pagina:

ZENO - Tragoedia JOSEPHI SIMONIS Angli. (Passim retractavit hodiernisque scenis aptavit I. F.).

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCC VI

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCVI.

In Italia
Lib. 6,25,

DE SILVIS

Pretium annuae subnotationis est in Italia Libell. 4,80;
ubique extra Italiam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5;
March. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mitten-
dum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARI "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA:

Qui socios novos comparaverit duos pretiumque eorum
subnotationis mi-
serit, subnotationem gratis omnino sibi habebit.

Qui triginta socios novos comparaverit ante Julium
mensem – bi-
bliopolis exceptis – dimidiatum pretium itineris habebit a quovis Europae
loco ubi vivat Romam usque, atque inde in domum suam, secunda, prouti
vocant, ferriveharum classi usus.

Qui sexaginta socios novos comparaverit uti supra,
eodem iti-
nere gratis omnino fruetur.

Q^{UUM} Aloisia
recens libe
est, tum civium,
menter pereulit
sertim quam G
rent quo cultu q
essent, et quae
procedant.
Ars enim sil
tum initur ac fl
supervenit ne,
prudentia in die
liata sensim com
Tunc enim cor
subiectos agros,
inundant, domus
sataque vastant.
emere quotannis
oportet, quod pa
ficit ad ferreos v
gneum solum; tra
das. Quo defectu
primum apparui
confici haud iam
Americis comme
necesse ei fuerit

Itaque ab aeta
regis, de silvis e
ne ligna defice
Regis exemplum
cipes nonnulli in
edicto prohibuit
tam magnitudin
quam his edicti
bantur quam ve
in alteram tutel
tatae ut utramq
xime quum lign
per regiones ne d
Tum legibus in
cautumque est t
novique conserve

Paulatim ver
errores multos vi
conservandarum
crebro probation
vestres, quas di
Documenta quide
tum primum dec
tum ingens in s
ad finitimus omni
subveniendum, si
tandemque, atqu

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra italiam:
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

DE SILVIS LEGE PROTUENDIS.

QUUM Aloisiana Nordicae Americae in urbe recens liberalium artium recensio habita est, tum civium, tum peregrinorum oculos vehementer percult silvana exhibito, eaque praesertim quam Germani paraverant, ut ostenderent quo cultu quibusque euris silvae servandae essent, et quae negotia earum a conservatione procedant.

Ars enim silvarum protuendarum tunc tantum initur ac florescit, quum metus in regione supervenit ne, caesis paullatim absque ulla prudentia in dies frequentius arboribus, expoliata sensim coma sua viridi montes appearant. Tunc enim coruentes altis ex iugis aquae subiectos agros, nullis interpositis obstaculis, inundant, domus evertunt, pecudes submergunt sataque vastant. Itaque a proximis regionibus emere quotannis magno pretio lignorum pondus oportet, quod patria terra secus obtulisset; deficit ad ferreos viarum tramites deducendos lignum solum; trabes desunt ad naves exstruendas. Quo defectu sane Iberiae gentis infirmitas primum apparuit, quum ligno deficiente, naves confiei haud iam possent, ita ut navale cum Americis commercium maximum minui sensim necesse ei fuerit.



Itaque ab aetate usque Lodovici XIV, Galliae regis, de silvis caedendis leges illic latae sunt, ne ligna deficerent, anno nimis MDC LXIX. Regis exemplum brevi Germanici minores principes nonnulli imitati sunt. Siegen enim Comes edicto prohibuit ne arbores caederentur, qui certam magnitudinem haud praeseferrent; quamquam his edictis non silvas tantum reges tuebantur quam venationes suas. Ex una tamen in alteram tutelam leges sunt brevi commutatae ut utramque amplexarentur: idque maxime quum ligna ad comburendum nordicas per regiones ne deficerent reges pertimescebat. Tum legibus instituerunt venatorios vigiles, cautumque est ut arbores veteres servarentur novique consererentur.

Paullatim vero, diurna experientia duce, errores multos vitare licuit, artemque silvarum conservandarum provehi optime; iteratisque crebro probationibus late per Germaniam silvestres, quas dixerunt, scholae institutae sunt. Documenta quidem in iis tradita experientia tantum primum deducta sunt: mox autem negotium ingens in silvarum cultu latere innotuit ad finitimis omnibus disciplinis, ut ita dicam, subveniendum, sive bothanicæ sive zoologicæ, tandemque, atque maxime, oeconomiae disci-

plinae, quam postremam silvestris oeconomiae scientiam (*Forstfinanzwissenschaft*) Germanici nuncuparunt.

Cuius nempe auxilio pecuniae summa computatur, quae in silvam aliquam, eroganda sit, eiusque fructus, modique et rationes, quibus pecunia illa multiplicetur.



In Germania igitur silvae omnes, quae sive ad municipia sive ad sodalitates pertinent, reipublicae tutelae subiiciuntur, earumque custodes certis in scholis erudiuntur et peculiari titulo donantur. Praecipua autem eorum cura triplex: et serere singulis in regionibus iuxta loci humique naturam arbores, quae citius crescent optimaque ligna afferant; eos caedere ac tuta temporis opportunitate vendere; simul autem ita colere ac servare, ut nepotibus silvae custodiantr integrae et densae ut hodie videntur.

Silvarum vero custodes ex adolescentibus qui gymnasii scholas emensi fuerint eliguntur, non tamen antequam unum saltem ad annum militaverint. Mox in silvis exerceri, duce dato et magistro, eos oportet, deinde ad duos annos in silvestri schola Eberswalde aut Minden in urbibus esse, atque mox publicae oeconomiae disciplinam ediscere. Iterum postquam ad triennium in silvis rei operam dederint, stipendia mereri incipiunt; iisque, non tamen ante trigeminum quintum aetatis annum, certum silvarum spatium custodiae traditur.



Sed iam apud Americanos quoque Germanorum exempla, Germano auctore Steuben dynasta, invalescunt. Qui quidem quum celebrareretur Nordicae Americanae reipublicae commemoratio saecularis, omnes eius regiones ad rem peragravit, ut de silvis custodiendis leges conderentur. Nec frustra: Cincinnati enim in urbe inita tunc est eius iuxta documenta « silvestris sodalitas americana », atque paulo post legislatores ipsi certam pecuniam constituerunt ut silvestris schola eos inter qui agrorum cultui publice praeponuntur magistratus institueretur; cui scholae ut praeesset Fernoivius quidam Borussicus, iam silvarum custos, advocatus est.

Quamquam primo tempore Americani negotiatores silvestri industriae ita parum confidebant, ut Fernoivii constans cura sterilis diu manserit, — silvestre enim hoc negotium parvae utilitatis sibi esse illi duebant, ac paene aspernabantur, neque germanieae experientiae credebant, — quum tamen paullatim silvarum ar-

bores minui illi vidissent, silvestris Washingtoniae scholae utilitatem optime senserunt. Plures itaque civitates, certos magistratus ad silvas protuendas constituerunt, silvestres terras emerunt, vetueruntque ne arbores per reipublicae terras caederentur. Anno MDCC XC VIII Neo Eboracensis civitas silvestre publicum sodalitium instituit atque Cornelliensi athenaeo addixit, ipsumque Fernoivium ei praeposuit. Sequenti anno Franklinensi in comitatu, huius expensis sodalitii, ingentes saltus silvaeque emptae sunt, ubi negotii experimenta instituerentur.

Washingtonia interea silvestris schola in dies dum progreditur, aliae duae insuper conditae sunt; alia Michigania in republica Adrianii, alia quae Yalensi athenaeo consociata est. Leges autem ad silvas multiplicandas et ad venationis ludos protuendos conditae; quae omnia apud Americanos quoque silvestrem industriam brevi augebunt et valde prosperam efficient.

Eequando ceteri populi, Europæi maxime, haec exempla non dicam sequentur, sed erunt invicem aemulati?

DE RATIONIBUS LATINAM LINGUAM DOCENDI QUID SENSERIT VALCHIUS.

I.

IOANNES Georgius Valchius in suo opere quod inscripsit *Historia critica linguae latinae* (1) de quaestione hac, in superiore numero Commentarii nostri a cl. v. Tayler Chave B. A. exagitata, pluries disserit; ac primum generaliiter, prolegomena explanans « de philologiae indole studiisque illius rite instituendis ». Sint igitur ante omnia istiusmodi paginae a nobis relatae, ubi Valchius quaestioni sibi propositae num linguae feliciter usu, quam praeceptis et lectione scriptorum cognoscantur nec ne, respondet.

Sunt — ita noster — qui priori sententiae favent, speciosis, ut sibi videntur rationibus adducti, de quibus legi potest Daniel Georgius Morhosius (*Polyhistor*, p. I, lib. II, cap. 9), ad quorum opinionem haud accedimus. Opponunt primum exempla eorum, qui usu linguas didicerunt; sed contigit saepe, ut alios quoque lingua debamus imbuere, quod huiuscemodi homines praestare nequeunt: constat natione Gallos linguam suam alios non commode ac feliciter docere posse; deinde saepenumero in orthographia

(1) Prae manibus habemus editionem Coloniensem sumptu Andreæ Chevalier (an. MDCC XXXIV).

labuntur, quod exempla generis feminei abunde testantur; et si tertium accedit lectio, parit illa multum difficultatis, quoniam rationes sunt ignotae et maxime obseurae. Quumque porro difficultates regularum grammaticarum obii- ciunt, respondemus, quod praecepta tradenda sint quae perspicua ac brevia, quod commode fieri potest; nee melius usu vocum puritas ac significationes percipiuntur, ut aiunt, quia loquens sermonis castitatis non studiosus est; multo minus pueri tenera adhuc aetate de locutionum innocentia ac notionibus possunt ferre sententiam. Ingenia igitur praeceptis primum ad linguas praeparanda sunt, quibus lectio, item observatio scriptorum superstrui potest; studium vero loquendi iusto tempori reservandum est; immo qui a colloquiis dependent, disruptis formulis adsuescent, nec ad struetram et membrorum connexionem possunt re-spicere. Ad haec dispiciendum est, num sine magistrorum opera ad cognitionem linguarum possimus pervenire. Illi, qui tenera sunt aetate, praeceptorum institutis heic neutquam earere possunt; aliter vero res sese habet in adultioribus; nee in his omnis res expedita est: magistri ope possunt earere si linguarum intelligentiae eupidi tantum sunt; quod si autem eas proferre ac pronuntiare volunt, id res est, quae vivam vocem praeceptoris eniudam postulat. Exemplo sit lingua italica, gallica, cetera: si opes ferant, litteris bene consultur, quum linguarum magistris ingenia nostra tradamus, quoniam feliciter proficere possumus.

Subsidia autem, per quae in linguis ingenia exerceri possunt, sunt vel « praeparantia », vel « confirmantia et perficiencia »; ea quae praeparant ingenium, ut optimos progressus faciat, sunt partim praecepta grammaticae; partim usus lexicorum. Grammatica fundamenta ponit recte loquendi et scribendi rationis, quam intellegere debemus, antequam ad sermonis elegantiam et nitorem accedere velimus; cuius rectius cognitio licet per solam exercitationem comparari possit, ista tamen firmior redditur, ubi praecepta, quae grammaticorum libri tradunt, adhibentur: eiusmodi autem praecepta grammaticae sunt explicanda, quae utilitatem afferunt, atque cum ad indolem linguae, quae cognoscenda est, tum ad ingenia discentium sunt accomodata. Dignitatem hanc pree se habent, quando:

I. *Ad rationem cogitationum eoque nomine ad normam atque ordinem artis logicae sunt composita*: vocum enim fundamenta sunt cogitationes: dantur ideae simplices, dantur quoque voces simplices; sunt ideae substantiarum, hinc nomina substantiva; ideae accidentium, hinc nomina adiectiva, ut dicuntur; porro tradant doctrinam de iunctura idearum et propositionibus, eni respondere debet syntaxis: id tantum observandum, quod homines finixerint voce, quae per se in mente nostra nullam conicitat ideam, quo pertinent multa ex praeverbis et aliis particulis.

II. *Praecepta grammaticae debent esse brevia*; quoniam tantum ingenium praeparant, non confirmant; quod lectio et observatio scriptorum praestant.

III. *Debet esse conscripta vernaculo eius, qui studet linguis perdiscendis*.

IV. *Debet perspicue declarare quomodo ea lingua, quam docent, cum lingua, qua docent, conveniat, aut ab illa discedat*.....

At cum grammaticorum libris coniungenda sunt lexica, ex quibus vocum et locutionum auctoritas, usus, ac significationes sunt cognoscendae. Ista conserbendi ratio varia est: laudabilia sunt atque utilia quando non sunt copiosa; ordinem in significatione servant curati; significationes nativas a translati distingunt; significationes, quae momenti eiusdem sunt, omnes attingunt, easque testimonii et exemplis perspicuis illustrant confirmantque; ordinem, quo sub primitiis derivata locare solent, praetermittunt; nihil admiscent, nisi quae ad ipsam linguam pertineant; voces et locutiones puriores per signa ab impuris ac barbaris bene distinguunt. Ex lexicis lingua ipsa non perdiscitur, sed levant laboris studia, quae in cultura illius collocanda sunt, ut facilis significationes vocum easque illustratas quaeamus deprehendere: quae a nobis observantur, colligi possunt et ad lexica nostra transferri; quod studium, quando haud abrumptur, sensim ac sensim magno erit adiumento.

Sed in solis lexicis et grammaticorum libris non adquiescendum est; accedere debent subsidia, quae linguarum studium perficiunt et confirmant; proinde primum legendi sunt scriptores, quorum scribendi modus elegans est, perspicuus et purus. Hi auctores multi generis sunt, ac differunt ratione aetatis: alii enim floruerunt aetate vetustiori, alii media, alii recentiori; quos interdum coniungendos esse censeo, in primis quod ad linguas pertinet, quarum perpetuus usus et consuetudo exspirasse videtur. Est quoque inter illos discriben in dicendi generibus atque argumentis; quod non solum dantur auctores epistolarum, historiarum atque orationum; verum etiam modo res naturales, modo sacras, forenses atque alia argumentorum genera prosequuntur; in qua scriptorum diversitate auctor sum et suasor, ut initium linguae eiusdem perdiscendae capiamus ab historicis, eius sermo purus est et castus, item perspicuus atque elegans; quo absoluto, epistolae, orationes et alia huiuscmodi monumenta addi possunt. Multi auspiciunt a colloquiis faciunt, et in his exponendis terunt pueritiam; sed mature videndum ut nexum partium, qui abest a disruptis illis formulis, cognoscant, et sensim ac sensim ad periodorum artificia adducantur. Ad discriben hoe etiam referri debet, quod alii ligato, alii soluto utantur sermone: poetae multum faciunt ad culturam et conservationem linguae eiusdem, quam ornant maximopere; lectio vero poetarum aetati maturiori, eorumque in primis, quorum ingenia bene iam praeparata sunt, reservanda est. Denique scriptorum diversitas est in ipso stilo: alii exprimunt characterem sublimem, alii medium, alii humilem; item alii circumduetas, alii mediocres, alii concisas habent periodos; porro aliorum stylus est purus, perspicuus, suavis et elegans; aliorum vero impurus ac barbarus, obseurus, quive omni elegancia caret; de quo momento id generatim observari decet, ut eos scriptores studio nostro perlegendi eligamus, quorum sermo castitate, elegancia et perspicuitate commendabilis est; quod autem ad characterem attinet,

illius ratio in auctoribus evolvendis habenda est, quum magistri harum litterarum doctrinam stili tradant inventuti, et istam ad varias diciendi figuras exprimendas addueant.

Praeter ipsam lectionem sedulo ea, quae bona sunt atque elegantia, observari atque ad imitationem transferri debent. Evidem consequi quis potest laudem et famam philologiae, quamvis scribendi modus quem sequatur non sit elegans, purus ac perspicuus; sed tamen decet decora ingenia, ea praecepit, quae animum philologiae litteris addieunt, ut se puriori linguae indoli, quae omnia monumenta exornant, adsuefiant studiose. Ita autem scriptores, qui sermonis laude florent, debemus imitari, ut formam periodorum, locutionum castitatem, suavitatem atque elegantiam adsequamur; voces tantum atque locutiones exprimere, non verae imitationis est, quae adeo late patet, ut omnia, quae ad stilum pertineant, complectatur.

VARIA LATINITAS

PAROEMIAE SIVE ADAGIA

Inter sacram et saxum.

Apud Plautum Tyndarus, alter e captiis, quum iam proditis dolis esset deprehensus nec haberet quanam arte posset elabi: « Nunc ego — inquit — omnino occidi. Nunc ego inter sacram saxumque sto, nec quid faciam scio ». — Appuleius Asini sui lib. II: « Plurimum ergo duritia paupertatis intercedente, quod ait vetus proverbium, inter sacram et saxum positus cruciabatur ». Explicat autem Appuleius allegoriam adagii adludens ad sacerdotium, cui erat initiatus, et paupertatem saxo duriorem, per quam non suppetebant sumptus. — Sumptum adagium appetit ex priscis foederis feriendi caeremoniis, in quibus Fetialis porcum saxo feriebat, haec interim pronuncians: « Qui prius populus foedus rumpet, Iupiter ita eum feriat, quemadmodum ego poreum hoc lapide ferio ». Sed undecimque fluxit adagium, satis liquet diei solitum in eos qui perplexi ad extremum periculum rediguntur.

Novacula in cotem.

Dici solitum in eos, qui forte in eas res inciderunt, in quas minime volebant. Neque novacula potest incommodius cadere, quam si in cotem incurrat. Ab hoc non ita multum abhorret Horatianum illud:

— *Et fragili quaerens illidere dentem,
Infringet solidum.*

Recte accomodabitur quoque in eum, qui, laedendi cupidus, tandem hominem nactus est a quo vicissim laedatur, quum illi nocere non possit. Siquidem novacula, si in molle quidpiam inciderit, dissecat; si in cotem, retunditur. Huc respexit Tarquinius, — ut est apud Livium, I — qui dixit sibi in animo esse ut Actius Navius angur novacula cotem discinderet; significans in cotem nihil posse novaculam quamquam ab augure factum quod ille fieri posse non credebat.

DE THEO
CUM PRAECEP

Q UERUNTUR
quod theo
iis semper con
medicae subtil
suppeditat. Mu
Patrum et theo
medicinae subs
Quare quemad
opem exquirunt
medicina dicitu
dunt, quum sae
plina sciungi, c
vinciae fines p
exstitit theologi
appellari « medi
morum, non corp
sunt, sed homo
constans: id mu
neris doctorn. I
excoli haec stud
theologorum inv
peritus ut ratio t
Si quis enim pl
ctores vel recent
quotidie magis
semper comitem
logi, iisque haud
medicina ieuni,
ut, non aetatis s
sed Aesculapii. Q
morum doctorib
veterum sumere
reperta sunt nov
usu experientiae
fecerint, sacris di
gravissimum, et c
res ii videbuntur
erat futurum ut
caperet et honor
menter ut huins e
aetatis nostrarer
qua fiat ut aliqui
amice, altera alt
morborum accurda
dam medicorum
rum institutio, re
eadem sit quasi
Multa enim sunt
neque dari possu
traque dieas alte
ram. Itaque ut r
ribus sententiam
denda pars, intel
movetur, et sentie
cum voluntate et
enim fere dicam
coniungitur ea qu
Quis enim negave
vim pertinere do
vel de parti im
iis esse coniuncta
docteologi? q
hypnotismo, qua

DE THEOLOGICA MORUM DOCTRINA

CUM PRAECEPTIS INSTITUTISQUE MEDICINAE
CONIUNGENDA.

QUERUNTUR passim viri doctissimi, nec falso, quod theologica morum doctrina non eum iis semper consentiat, quae nostri temporis rei medicae subtilior cognitio atque investigatio suppeditat. Multa sunt enim in re morali, quae Patrum et theologorum unanimi iudicio, remoto medicinae subsidio, recte tractari non possunt. Quare quemadmodum iuris consulti medicorum opem exquirunt, unde ortam novimus eam quae medicina dicitur legalis, ita quae medici tradunt, quum saepe non possint a morum disciplina sciungi, quod altera saepe alterius provinciae fines praetergreditur, ea necessario exstitit theologiae pars, quae iure copta est appellari « medicina pastoralis ». Non enim animorum, non corporum morbis remedia afferenda sunt, sed homo curandus ex animo et corpore constans: id munus erat, id officium eius generis doctorum. Itaque iam ab annis bene multis excoli haec studia vidimus. At quotusquisque theologorum invenitur, qui sit ita medicinac peritus ut ratio temporum postulat et doctrina? Si quis enim plerosque legerit rei moralis doctores vel recentissimos, intelliget, medicinac quotidie magis progredienti non pari gradu semper comitem ivisse morum doctrinam. Theologi, iisque haud admodum pauci, vel omnino medicina ieuni, vel ita leviter videntur imbuti, ut, non aetatis suae medicos consuluisse dicas, sed Aesculapii. Quid enim? Num hodiernis licet morum doctoribus, ad sua tuenda et explicanda, veterum sumere medicorum effata, quae falsa reperta sunt novis instrumentorum auxiliis et usu experientiae quotidiana? Quod quidem si fecerint, sacris disciplinis detrimentum afferent gravissimum, et contempnendae religionis auctores ii videbuntur, quorum ingenio sperandum erat futurum ut fides catholica incrementum caperet et honorem. Optandum itaque vehementer ut huius explendae lacunae causa multi aetatis nostrae theologi industrem dent operam, qua fiat ut aliquando conspirent et coniurent amice, altera alterius ope firmata, morum et morborum accurata ratio atque doctrina. Optandum, ut eximii rei theologiae doctores iidem existant, qui curandam putent et investigandam medicorum provinciam, ut vetus illa morum institutio, revelatae fidei praesidio valida, eadem sit quasi corporibus medendi magistra. Multa enim sunt utrique provinciae communia, neque dari possunt certi fines, quos ultra citraque dicas alteram incipere, terminari alteram. Itaque ut rectam possis proferre de moribus sententiam, duplex est hominis perpendicularis pars, intelligendi vis, qua integer homo movetur, et sentiendi ratio atque natura eiusque cum voluntate et mente commercium. Soror enim fere dicam vinculo cum morum doctrina coniungitur ea quae humana physiologia dicitur. Quis enim negaverit, quae ad procreandae prolis vim pertinere docent medici, quae de abortu vel de partu immaturo traduntur, saepe cum iis esse coniuncta quae de baptismō conferendo docent theologi? Quam multa sunt quae de hypnotismo, quae de spiritismo, uti vocant, hac

aetate mirabilia praedicantur, quaeque ignorare nefas est confessario ac theologo, ut probe intellegat, quid explicari viribus naturae possit aut debeat, quid vero eiusdem fines viresque praetergrediatur ac superet? Quid vero dicendum de variis praegnantium sectionibus nulla difficultate a manu medentibus hodie patratis, quum tamen lex qua vetamur occidere quemquam direete violari videatur? Quum praeterea perfectissima christiana caritas in eo mihi videatur sita esse, non tam ut fratres efficiat mori paratos pro fratribus, sed ut fratres malint vivere sanos integra valetudine pro fratribus iuvandis: corpore enim infimo vires animi deficiunt; quam multa confessarius pracepta dare poenitentibus suis sibique debet valetudinis tuendae causa? Num omnibus ieuniaria? Num omnibus afflictiones corporum et cilia? Nonne in id saepe sacerdotum opera collocaenda ut, in tuto posita valetudine sua, possint orando et laborando utilitatem proximis afferre quotidie maiorem? At haec uti fiant, valetudinis tutandae leges ab ea petendae quae hygiene dicuntur. Quam doctrinam, bacillis et microbiis microscopio perspectis hominum vitae insidias parantibus, mirum quantum cotidiano cognitionum adscensu vidimus innovatam.

Haec mihi cum amicis de Clero viris libere disputant opus oblatum est magni ponderis, quod altera iam editione auctum et emendatum, tabulis anatomicis instructum nuperime in lucem venit Romae typis Friderici Pustet. Non poterant refelli melius ea quae diximus, multos e Clero viros parvi pendere haec medicinac studia cum suis nexa et arctissime copulata. Hoc tamen opus in duo volumina distributum, quod Iosephus Antonelli sacerdos, idemque disciplinarum naturalium doctor exaravit, non possum qui cursim legerim quanti faciendum sit affirmare, etsi iam prima fronte pateat auctorem, non alienae, sed sua domi esse, quum de rebus ad medicinam spectantibus acute disserit. Nonnulla enim praemittit scitu necessaria ad anatomiam et physiogiam humanam pertinentia, descriptis quae tabulis velut ante imperitorum oculos obiicit. Cui vero contigit spinosa saepe et involuta paucis explicare chartis, is profecto rem secure tenet veluti dominus. Celeri praeterea mente praeditum suspicimus, qui, praeiudicatis opinionibus liber, non ea sibi captanda putet quae, utpote nova, proterviam oleant et insolentiam, sed ea tantum sibi vindicet propria, quae, firmis fidei principiis innixa, patrum et veterum traditione conspicua, eadem videantur esse quae recentiorum inventa et studia pepererunt.

Hic tamen invitus finem faciam, pollicitus me fusius dicturum posthac, si commentarii huius moderatori videbitur, quantam sit omnibus et confessariis et sacerdotibus utilitatem allatura recentissima haec « Medicina Pastoralis ».

PHILIPPUS SARACENI
Doctor Medicus.

Quid poena praesens, conscientiae mentis parvus,
Animusque culpa plenus, et semet timens?
Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit.

SENEC., Hippol.

HORAE SUBSECIVAE

PILEI HISTORIA

(*Humanae fortunae allegoria*)

Planta, viator, quem petis cavillaque,
Ovem tegebam; me colonus evulsit;
Per nundinas vectum coemit hirsutus,
Qui me truci ratione sedulus torsit,
Ollaeque ad instar fixit et decoravit.
Ubi per aevum spes erat quiescendi
Huius taberna perstictique sortitis
Idem comes. Sed en macerrimo credit
Herus Aulico, quo cum obvius salutavi
Iugis; diu noctuque tum laboravi
In regiis tectis, cubiculis multis,
Ubi plura, quae mitto, nefanda percepit:
Exinde concinnandus octies iri
Quaterque. Nunc satis satisque contritus,
Nimis cui blanditus Aulicus palmis,
Qui negligentioris, adde, matronae
Pondera tuli plumis iacens, inurbani
Famuli tegere coepi horridas comas, cunctos
Verrens fritillos impetumque palmarum
Pati, priores iam luens voluptates.
Tineis diu araneisque donatus
Dein publicis risus in orgiis civi,
Ubi truculentos sustuli fatigantes
Me nempe pomis oleribusque vel gypso,
Arripuit interdum latrunculus quidam,
Pro me cui mango triobolum solvit.
Cum me iste discruciasset omnibus poenis,
Adipe gravem lustrisque sponte mendico
Donavit. Hoc diu stipem rogavi, qui
Tam sarcio demum quod ipse concoxit
Mi credidit, soloque tradidit laetus.
Pannosus affligens puer dedit porro
Me flumini. Forsan prehensus emersi
Piscantis hamo. Iecit iste me rursus
Novas precans diras, benignior quidam
Me sed frutex aquis negavit. Hic fretum
Longus prehendit villicus, Priapoque
Imposuit horti quem colebat affinis,
Plumbo quin exploso, dehinc parem cribro
Ad otium me reddidit, cachinnata
Rudi corona, lapidibusque grassata.
Pessumdatos totumque passus aestivum
Solis, propinquae sustinuere baccantes
Brumae impetus, qui dispulere iactantes
Istuc et illuc aequorique donarunt,
Quod fluctibus volvens reiecit in littus.
Quietis hic certum molossus astrixit
Mordicus et abstrahens remotior liquit.
Nunc calcitrantes insuper viatores
Hucusque iam rota, unguisque compressum,
Et discolorem sauciumque per coenum
Circumvolutatum, vocante iamdudum
Me matre, truserunt: mihi tu parce?

F. X. B.



EX SCOTIA

De Aberdonia urbe
eiusque studiorum Universitate.

QUONIAM instantे hoc mense Septembri quartus centenarius annus magni athenaie Aberdonensis in Scotia celebrabitur, quumque ad ea solemnia venturi sint quidam ab athenaeis aliis Europae et Americae delegati, pauca verba de urbe Aberdonia eiusque Universitate studiorum nec ab indole Commentarii *Vox Urbis* erunt aliena nec lectoribus forsitan ingrata.

Aberdonia, quae inter urbes Scotiae magnitudine quarta, sed amoenitate secunda habenda est, in angulo Scotiae Septentrionalis apud ostia Devae et Donae fluminum sita est. Pars eius antiquior pergit ad Donam, recentior ad Devam, quae flumina salmonum piscatu notissima ex montibus illis « Grampiis » nomine orientur et in oceum Germanicum defluant.

Hi montes saxis « graniticis » nuncupatis abundant, quorum plures latomiae in urbis vicinia sunt. Quam ob rem pars urbis recentior maxime est aedificata ex hoc lapide, cuius crystalla, sole post pluviales per nimbus erumpente, ad instar adamantis gemmatorum pulchre scintillant.

Gaudet Aberdonia viis mundis latisque; aedificiis multis in urbe et vicinia publicis privatisque formae pulchritudine insignibus. Haec multum distat, in regione silvis pinneis, amnibus rapidis, montibus altis amoena « Balmoral », aula regia a diva Victoria regina exstructa, quaque, ni fallor, Princeps Foemina Victoria Eugenia mox nupta Hispanorum regi nata est.


Aestate aer purus, saluber, siccius, minime frigidus, nisi ventus ex oriente ab oceano influat. Vel hieme procellae raro severae, nec nives, nec pluviae frequentes.

Varii sese dant operibus Aberdonenses, maxime autem rebus navalibus et commercio lapidis granitici exportandi. Ex eo quod hic lapis durus est et aquis tempestatisbusque impervius, ad domus aedificandas est aptus, etiamque ad monumenta facienda, quod superficies eius ita depoliri potest, ut vitrea esse videatur.

Portum magnum habet urbs, quo naves ad piscatum « halecum » collocatae onera explicant, ut ad piscarias meridionales per vias ferreas aut ad alios portus Europae per naves vapore actas ferantur. Navalia quoque, ad naves aedificandas aut reficiendas parata, operam multis hominibus praebent.

Comitate, industria, humanitate Aberdonenses ipsi spectati sunt et probati, sed fabula iocosa haec, quae ceterum minime vera, monstrat eos etiam negotiis acerrimos.

Iudaens olim Aberdoniam advenit, consilio ut ibi vitam degeret, pecuniamque more suo augeret. Paucis post diebus amicus Iudeo



Collegium Marischalli, Aberdoniae.

sarcinis colligatis, abituro occurrit. — « Ah! cur iam abis? — inquit amicus. — Eheu! — respondit Abrahams filius. — Hic vivere nequeo, quia Aberdonenses Iudei omnes ».

Sic fabula; sed, ut supra dixi, non vera. Iudei complures Aberdoniae sunt, ubi prosperis rebus fruuntur.



Collegium Regium, Aberdoniae.

Etsi urbs equidem e lapide granitico sit aedificata, nec corda nec capita civium ex eadem dura materie facta sunt. Humanissimi vere omnes et alienigenas liberaliter comiterque solent excipere.

Quoad res, ad « progressum » quem dicimus, pertinentes, Aberdonia in primo agmine se esse gloriatur.

Scholas habet et multas et illustres, in quibus litterae humaniores, bonaes artes et res technicae florent; sed Universitate sua maxime gaudet. Haec est ab Elphinstone Episcopo cla-

rissimo instituta et anno MCCCCXCIV bulla confirmata.

Hic autem notandum, nos Catholicae Ecclesiae tres ex quatuor Universitatibus Scoticis debere, scil. Sancti Andreae anno MCCCCXI, Glasguensem MCCCCL, Aberdonensem MCCCCXCIV.

In Universitate Aberdonensi duo sunt collegia, alterum olim Sanctae Mariae, quod nunc Regium vocatur, alterum Marischalli. Illud studium theologiae artiumque liberalium, hoc medicinae legumque complectitur. Collegium Sanctae Mariae, vel Regium, non est inceptum usque ad annum MD; nam refert inscriptis apud portam occidentalem latomos, illo anno Iacobus IV eius nominis regnante, inchoatum opus fuisse; aliunde autem novimus id anno MDVI, quadringentis abbinc annis, esse absolutum. Turrim habet validam, antibus ad latera muniram, crueam et corona duplice ornata.

Collegium Marischalli, quod distat mille passus plus minus ab altero, est conditum a Georgio Keith anno MDXLII. Collegium hoc olim suas leges habuit ac disciplinam; sed anno MDXLII ipsi Universitati cum collegio Regio est consociatum.

Eadem Societas plenum effectum debitum assequuta non est usque ad annum MDCCCLVIII.

Huius collegii nihil hodie fere manet nisi lapis, hoc antiquum proverbium Scotice ferens

« THAY HAIF SAID.
QUHAT SAY THAY?
LAT THAME SAY »

quod est, latine redditum: « Dixerunt. Quid dicunt? Dicant », — quod indicant minimae esse curiae Scotti, quid de ipsis alii dicant.

Eius aedificia variis temporibus per Universitatis alumnorum et amicorum munificentiam instaurata sunt et ornata. Nuper enim turris alta et cuspidata exstructa est, quae MITCHELLI vocatur.

Longum est enumerare nomina virorum illustrum, qui aut fuerunt aut sunt huius Aliae matris alumnii. Inter alios latinitatis peritissimos meminisse iuvat Hectorem Boehmum, historiae scriptorem, et Arturum Johnstonum, auctorem libri latine scripti cuius titulus « Deliciae poetarum Seotorum huius aevi » (MDXXXVII), in hac universitate praecessores fuisse. His successerunt multi, qui litteris humanioribus praepollent. Lex vero antiqua decrevit, ut studentes omnes latine aut celtice in collegiis loquerentur, neve lingua vulgari uterentur. Quia tamen tempora mutantur, idecirco quamvis lex illa nondum sublata sit, latina lingua raro auditur, celtica fere nunquam.


Scrib. apud Edderton in Scotia, kal. Augustis, MCMVII.

DONALDUS MACRAE.

DE SUMMORUM PO

PAULUCCI de Ca
tum atque
tissimas investiga
morum collectore
derunt, qui nullu

Numismata ita
quaes ad Leonem
millia dinumeran
glio ille doctor a
linius, eius qui o
omnibus antiquior
Gregorius enim II
quamquam ex ae
aevum nonaginta
seuntur. Reliqua
sunt.



Pontifices autem
lere centum et qu
addendi « antipapa
nummorum integra
que habet, qui sed
adduntur nummi, q
instaurata tum lab
XIX saeculo, percute

Benedictus XIV
merum edidit, sep
Eum proxime Pius
ginta supra sexcen
eum Gregorius XII
nonaginta septem
banus VIII tenet,
septuaginta quatuor
qui nummos condidi
ex quibus aureos s
immo Pontifices, q
impenso studio auxi
qui etsi Petri solium
biscentum et ampli

Pontificii nummi
nummulariis officini
Carpentrasii; italici
quatuor, Anconae, A
Bononiae, Camerin



MCCCCXCIV bulla con-
nos Catholicae Eccle-
siae universitatibus Scotieis
dreae anno MCCCCXI,
erdonensem MCCCCXCIV.
lonensi duo sunt col-
ae Mariae, quod nunc
Marischalli. Illud stu-
que liberalium, hoc
nplexit. Collegium
um, non est inceptum
refert inscriptis apud
tomas, illo anno Ia-
nante, inchoatum opus
ovimus id anno MDVI,
onis, esse absolutum.
ntibus ad latera mu-
duplici ornatam.
, quod distat mille
ltero, est conditum a
xIII. Collegium hoc
ac disciplinam; sed
ersitati cum collegio

m effectum debitum
ad annum MDCCC LVIII.
odie fere manet nisi
erbum Scotice ferens

SAID.
THAY?
SAY »

um: « Dixerunt. Quid
d indicant minimae
le ipsis alii dicant.
cia variis temporibus
atis alumnorum et a-
fficientiam instaurata
a. Nuper enim turris
ata exstructa est, quae
catur.

t enumerare nomina
rium, qui aut fuerunt
Almae matris alumni.
ntitatis peritissimos
vat Hectorem Boe-
ne scriptorem, et Artu-
rum, auctorem libri la-
ui titulus « Deliciae
torum huius aevi »
in hac universitate
fuisse. His succe-
ui litteris humanio-
ent. Lex vero antiqua
udentes omnes latine
collegiis loquerentur,
tur. Quia tamen tem-
mvis lex illa nondum
raro auditur, celtica

, kal. Augustis, MCMVI.

NALDUS MACRAE.

DE SUMMORUM PONTIFICUM ROMANORUM NUMMIS.

PAULUCCI de Calboli marchio est, qui de num-
morum atque numismatum historia sapien-
tissimas investigationes vulgavit. Occasionem ei
praebuit Leonis XIII Papae obitus, quem num-
morum collectores primum inter Pontifices vi-
derunt, qui nullum aes signaverit aut cuserit.



Numismata itaque Pontificum Romanorum,
quae ad Leonem usque cognoscuntur, ad octo
millia dinumerant. Haec descripserunt Cina-
glius ille doctor ausulanus poneque eum Vita-
linius, eius qui opus confecit. Nummi ex his
omnibus antiquiores ante annum M conditi sunt:
Gregorius enim III anno DCCXXXI primum dedit;
quamquam ex aetate eius ad Bonifacii VIII
aevum nonaginta duo tantum nummi digno-
seuntur. Reliqua omnia post Bonifacium cusa
sunt.

Fani, Firmii, Ferrariae, Fulginei, Eugubii, Ma-
ceratae, Matelicae, Mutinae, Montalti, Urbeve-
teri, Parmae, Placentiae, Perusiae, Pergulae,
Pisauri, Ravennae, Recineti, Regii, Romae, Ron-
cione, Sancti Severini, Spoleti, Interamnii, Ti-
bure, Urbini, Viterbii. Celeberrimae praeceteris
quae Anconae et Bononiae et Romae prodi-
erunt; Romana insuper monetaria officina est
numismaticis viris illustris, quippe numismata
omnia tum reipublicae, tum imperii, tum po-
strem pontificum omnium a celebratis artifi-
ciis ibi condita sint, quorum iuvat nomen
aliquid delibare, et gentem Amerianam, et
Franciam virum celeberrimum, et Benvenutum
Cellinium. Quare hisce manibus condita numi-
smata, quae Iulio III, vel Clemente VII, vel
Paulo III aut Clemente XI pontificibus edita
sunt, pulcherrimos omnes nummos videntur et
superant.

Praeterea Pontificia numismata in morum
disciplinam provehendam lapidem optimum
conferunt. Aureis enim vel argenteis nummis

custodiunt. At longe ditissimae numismatum
series in Vaticano museo, atque in Italici
regis domo asservantur. Collectiones dignae,
quae memorentur, habebant, vel habent adhuc,
Marignolia gens, Trivultia, Corsinia, Chisia,
Odescalchia atque Pauluccia, ex qua auctor
noster genitus est.

Pontificii nummi, perrari nunc facti, pretio
magno emuntur: multae quidem centum li-
bellis et amplius, nonnullae mille quoque li-
bellis veneunt. Rarissima quaedam sunt numi-
smata, quae certis erroribus distinguuntur, quo-
rum proinde sublata exemplaria omni studio
publica cura fuere; ut exempli gratia est
nummus Urbani VIII Pontificis, qui haec habet
« monstra te esse MATER » pro MATREM. Sunt et
quaedam quae erratum ferunt anni numerum.
Alexandri VII nummus est, qui annum habet
MDLIV quum contra pontifex electus fuerit
anno MDLV, unde patet excusorem, par-
simoniae causa, esergum antecessoris adhi-
buisse.



Viae « Union » prospectus in urbe Aberdonia.

Pontifices autem qui ad rem operam contu-
lere centum et quinque inveniuntur, quibus
addendi « antipapae » quatuor. Series denique
nummorum integra trecentos fere nummos quo-
que habet, qui sede vacante sunt editi, iisque
adduntur nummi, quos republica Romana bis
instaurata tum labente XVIII saeculo, tum medio
XIX saeculo, percuti contigit.

Benedictus XIV maximum numismatum nu-
merum edidit, septingenta atque quindecim.
Eum proxime Pius VI aemulatur, qui sex-
saginta supra sexcenta et amplius ea fecit. Post
eum Gregorius XIII recensetur, qui trecenta et
nonaginta septem signavit; quartum locum Urbanus
VIII tenet, qui aera excusit trecenta
septuaginta quatuor, cui proximus est Pius IX,
qui nummos condidit trecentos triginta quinque,
ex quibus aureos septuaginta novem. Fuerunt
immo Pontifices, qui rem numismaticam nimis
impenso studio auxisse visi sunt, ut Xystus ille V,
qui etsi Petri solium quinque vix annos tenuerit,
bisecentum et amplius nummos edidit.

Pontificii nummi in duabus tantum gallicis
nummulariis officinis fabricati sunt, Avenione et
Carpentrasii; italicis vero in urbibus tringita
quatuor, Anconae, Ausculi, Aquilae, Beneventi,
Bononiae, Camerini, Centumcellis, Fabriani,

in sculptae sententiae leguntur, monitaque sa-
lutaria, unde nummularium officium funditus
nobilitatum videatur. Latina documenta sunt
omnia, quae suadent liberalitatem atque ele-
mosynam, quae avaritiam atque prodigalitatem
condemnant. Italicum monitum duo tantum ha-
bent, quae Napoleone imperatore edita sunt ad
eventus memoria dignos aere memorandos; nam
apud Pontifices late usuvenit, ut praeclari ma-
xime historiae eventus euso aere commemora-
rentur. Ea de causa Pius V victoram ad Ae-
chynadas, atque Innocentius XI Vindobonam
a Turcorum obsidione liberatam nummis quo-
que celebrata volvunt.

Pontificia numismata quaedam inveniuntur
nullius Pontificis nomine, neque gentilicio in-
signi distincta. Ea enserunt forte cardinales
quidam Pontificum legati, praesertimque Ave-
nione, ut nepos Pauli V, Scipio Burgesius,
pater purpuratus, primus fecit.

Iamque quum messis tanta sit, collectores il-
lustres quidem iisque studiosissimi ad rem num-
quam defuere. Pleraque urbes Italiae, quae
in Pontificum ditione fuere, numismaticum the-
saurum singulare asservant; gentes autem qua-
rum ex stirpe Pontifices solium Petri ascende-
runt plus minusve divitem similem copiam

Pretiosissimi denique nummi sunt aureum
Xysti V, quod ad tria millia libellarum venit,
et ultra; aureum Alexandri VI, quod duobus
millibus et quingentis venale est; aureum
Pii VII, cuius sex tantum specimina cusa sunt,
quae eodem pretio emuntur. Praeterea Pius III,
qui nec mensem quidem regnavit, aureum habet
quod mille quingentisque libellis emunt; Inno-
centius XI qui duobus mensibus solium tenuit
aureum pariter reliquit magno pretio habi-
tum....

COLLOQUIA LATINA

Ludus trudicularis ⁽¹⁾.

ANSELMUS. — Placetne trudiculis ludere?
BLASIUS. — Placet quidem; at seni sumus.
GILBERTUS. — Quid tum?
B. — An terni certare in ternos possimus?
G. — Cur non?

(1) Ex dialogorum libro ANTONII VAN TORRE S. I. Antuer-
piæ ed. an. MDCLVII. Passim retractavit I. F. — *Trudicis vel*
trudicis proprie vocatur pertica illa robusta, qua vado inhae-
rens navis impellitur. Heic vocabulum translatum est, et in-
geniose illi ludo accomodatum, quem vulgo *bigliardo* dicimus.

HILARIUS. — Id quidem facile; expeditius tamen fuerit geminorum certamen in geminos instituere; reliqui autem duosponsione certent.

IULIANUS. — Ego quidem hoc pugnae genus subibo lubens; sum enim in hoc ludo plane rudit.

MORINUS. — Ego vero sat mihi videor peritus; at quum dexterum brachium torpidum hodie sentiam, prudens abstinebo.

A. — Eamus ergo; hanc ingrediamur domum pluribus celebratam trudicularibus mensis. Laeva ista lusoribus vacat; accedamus.

B. — Plurima huic insunt vitia.

A. — Nihil refert: solertiae est peritia eque ludentium vitiis huius generis abuti ad victoriem.

B. — Id ei proclive fuerit, qui illa norit; nosti autem tu, qui frequens trivisti hunc ludum.

A. — Non admodum frequens.

G. — Expedite trudicularias et pilas.

A. — Ecce.

H. — Pilae suntne ex ebore?

I. — Numquid vides?

H. — Non videntur quidem certe, nec satis rotundae apparent.

A. — Quam voles elige tibi: datur optio.

B. — Nos ambo vos ambos habeamus adversarios.

G. — Placet; at quo certamus praemio?

A. — Libella una.

B. — Deponamus igitur una cum pretio locationis mensae domino solvendae. En depono prior.

A. — Agedum, auspicemur. Traieci, transii.

G. — Transmissurum me quoque spero aequa feliciter.

B. — Perverse traieci, transmisisti.

G. — Errorem brevi correxero.

H. — Primas sum assequuntus. Bene est.

B. — Vah! quid fecisti? Dedisti te in praedam; obiecisti te ipse disserimini.

A. — Succedes me in tutum, si placet.

G. — Sane quidem, ni prius te campingam in fornicem. Hei! in ipsa fundulae ora haesit globulus.

I. — Nempe quia nihil paene declivitatis est illam ad orculum.

M. — Adversarii loco pulsi opportuno ad transitum; locum ipsum, si potes, occupa.

B. — Non est mihi integrum; expeditus non sum; in arctum sum redactus.

A. — Te mox expediam; vades per me liber.

G. — At tu constitue te commode in loca ad transitum, aut obiice te ipsi metae.

H. — Conabor quidem.

I. — Proh! quam lusisti imperite! te ipse conieci in angustias.

B. — A scopo deerravi.

M. — Trude loco hunc globulum.

I. — Tu autem illum perstringe leviter.

A. — Tu vero reperecum hunc emove.

G. — Ignoscat tibi Deus!... Attigisti.

A. — Quid ages? frustrantur illisi margines.

H. — En praecepit; in barathrum ruit.

G. — Heu! quid egī? Illam trudendo pilam me detrusi in latomias!

I. — Ad illius globum collinea; totus patet.

M. — Hens! pede continge terram... Non pervenit.

A. — Longinquiores petere non valeo globos.

G. — En tibi, reperecum hunc loco pello.

B. — Ducis pilam.

H. — Ictum iterasti. Palmam amittes.

A. — Immo semel ici.

B. — Clavulæ canda hie utendum.

A. — Hinc illum deiice.

M. — Praeclarum, vero fortuitum, casum!

G. — Tota, si possim, area eius exturbabo globum.

I. — Tibi sors obsecundat, manum regit, quum pilam trudis.

B. — Illum impete.

A. — In tuto est: ietum obnoxium non habeo.

B. — Ad illum, inquam, qua patet, iustum destina.

G. — En illum intus. Vicimus.

ACTA PONTIFICIA

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI


PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE X

EPISTOLA ENCYCLICA

AD ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS GALLIAE



VENERABILIBVS FRATRIBVS
ARCHIEPISCOPI ET EPISCOPIS GALLIAE

PIVS PP. X

VENERABILES FRATRES

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Gravissimo officii munere defungimur, eoque iamdudum vobis debito, quibus post latam legem de Gallicae Reipublicae Ecclesiaeque discidio edicturos Nos tempori significavimus, quid ad tuendam conservandamque istic religionem facto opus esse arbitramur. Evidem exspectationem desiderii vestri ut produceremus usque adhuc, non modo magnitudo et gravitas huius causae fecit, sed illa etiam singularis caritas, qua vos vestraque omnia, pro immortalibus nationis in Ecclesiam meritis, prosequimur. — Damnata igitur, ut debuimus, improba lege, id considerare diligentissime coepimus, ullamne demum eiusdem praescripta legis relinquenter Nobis facultatem ita ordinandae in Gallia religiosae rei, ut sacrosancta principia, quibus Ecclesia nititur, nihil detrimenti caperent. In quo visum Nobis est, vos etiam Galliae Episcopos adhibere in consilium universos; indictoque vestro omnium conventu, hoe ipsum vobis maxime, de quo consultaretis mandavimus. Nunc autem, cognitis consultis vestris, exquisitis complurium Cardinalium sententiis, re diu et multum Nobis meditata magnisque precibus implorato *Patre luminum*, omnino videmus faciendum, ut quod ipsi fere

ad unum omnes censuistis, idem Nos Apostolica auctoritate confirmemus. Itaque de consociationibus civium, quales, divini cultus exercendi causa, lex constitui iubet, sic decernimus, nullo eas pacto conflari posse, quin sanctissima iura, quae ad vitam ipsam Ecclesiae pertinent, violentur. — Dimissis vero consociationibus istis, quas probare Nos quidem conscientia officii prohibemur, opportunum videri potest experiri, an lieeat, earum loco, aliquod aliud institui consociationum genus, quod simul legitimum sit et canonicum, atque ita laboriosissima, quae imminent tempora, catholicis Gallis defendere. Profecto tam sollicitos atque anxios ista Nos tenent, ut nihil magis; atque utinam spes affulget, si non bona, at aliqua tamen, posse Nos, divino salvo iure, id inire experimenti, ut dilectos filios tantorum malorum metu liberemus. At quoniam, hac manente lege, spes istiusmodi nulla ostenditur, istud alterum consociationum tentare genus, negamus fas esse, usque dum legitime certoque non constiterit, divinam Ecclesiae constitutionem, atque immutabilia Romani Pontificis et Episcoporum iura, eorumque in bona necessaria Ecclesiae, praecipue templa, potestatem, incoluia per consociationes easdem et tuta semper fore: contrarium velle Nos, nisi religionem officii deserendo, atque interitum Ecclesiae Gallicae conficiendo, non possumus.

Restat, Venerabiles Fratres, ut vos omni utentes ope, quacumque vos iura civitatis uti siverint, disponendo instruendoque religioso cultui operam detis. Nec vero hac tanta in re tamque ardua passuri sumus Nostras desiderari partes. Utique licet absentes corpore, cogitatione tamen atque animo vobis erimus, vosque consilio atque auctoritate opportune invabimus. Quapropter animose suscipite, quod suadente Ecclesiae patriaeque vestrae amore imponimus vobis onus: ceterum conquiescite in bonitate providentis Dei, cuius tempestivum auxilium non defuturum Galliae, omnino confidimus.

Iamvero quibus criminibus religionis hostes decreta haec mandataque Nostra sint excepturi non difficile est prospicere. Contentent persuadere populo: nequaquam Nos Ecclesiae Gallicae salutem spectasse tantum; aliud etiam, alienum religione, habuisse propositum: invisam Nobis esse in Gallia formam Reipublicae, eiusque evertendae Nos gratia velificari studiis partium: ea Nos abnuisse Gallis, quae non invite Apostolica Sedes alii concessisset. Ista Nos et similia, quae, ut licet e certis quibusdam indieciis cernere, late ad irritandos animos spargentur in vulgus, iam nunc indignando denuntiamus esse falsissima, vestrumque, Venerabiles Fratres, et bonorum omnium erit redarguere, ne scilicet imperitos ignarosque decipient. — Nominatim vero quod ad illud attinet, faciliorem se alibi Ecclesiam impetrivisse in causa simili, monstratis oportet, hoc eam fecisse, quum diversa prorsus vertentur momenta rerum, quumque praesertim divinis Hierarchiae rationibus aliquo saltem modo consultum esset. Quod si quaepiam civitas ita ab se segregavit Ecclesiam, ut plenam ei communis libertatis copiam fecerit, liberumque in propria bona arbitrium reliquerit, non uno

quidem nomine in conditione Ecclesiae omnino intolerabilem hodie res in Gallia conditores instruunt ad separandum quam ad opprime pacis professi, con religioni patriae b rimarum contenti vibus committunt reipublicae, nemor feo certaminis h sunt, malorum in quisquis facta si quae Ipsi etiam in menter Nos » attigit reprehendendi sim pessi iniurias toler ad ultimum coacti facili transire term potius tota in eis nominis invidia ac veeti sunt.

At enim catholici suum Nobis obsequient, ita pro E modum eos monuit fortiter, nihil tame ciendo. Non vi, aree iustitiae coll micorum contumaciam diximus iam iterum se victoram nisus se coniunctione in rint. Nostram habent sentiam: sequuntur animis; et, quidqu adhuc disputando ne quis quem prop viderit. Quid conse nexarumque virium piant ex adversariis his licuit nequissim inurere legem, eodem et extinguere. — si quidem universit patriac bonum surstant, Nobis et se coniuneti, pro reb elaborabunt, non Ecclesiae Gallicae sa fore, ut ad dignitatem stinam resurgat. Ne sint praescriptionibus: interea divinis vobis omnibus, pat MACULATAE, impens

Auspice eae paternae benevolenter ables Fratres, un Apostolicam benedictum.

Datum Romae a gusti, in festo S anno MCMVI, Pontificis

istis, idem Nos Apostolus. Itaque de conditionibus, divini cultus exercitari iubet, sic decernimus, non posse, quin sanctissimam ipsam Ecclesiae permissione vero consociatio- Nos quidem conscientia portunum videri potest cum loco, aliquod aliud genus, quod simul lesum, atque ita laboriosis tempora, catholicis Gallo tam sollicitos atque ut nihil magis; atque si non bona, at aliqua no salvo inre, id inire s filios tantorum malo- quoniam, hac manente nulla ostenditur, istud tentare genus, negati- legitime certoque non Ecclesiae constitutionem, mani Pontificis et Episcoporum in bona necessaria Ecclae, potestem, incolu- easdem et tuta semper Nos, nisi religionem of- interitum Ecclesiae Gallo possumus.

Fratres, ut vos omni- e vos iura civitatis uti- struendoque religioso- ce vero hac tanta in re- sumus Nostras deside- et absentes corpore, co- nimo vobis erimus, auctoritate opportune- animose suscipe, quod iaeque vestrae amore ceterum conquiescite Dei, cuius tempestivum Galliae, omnino con-

ditionibus religionis

ndataque Nostra sint

st prospicere. Conten-

nequaquam Nos Ec-

cum spectasse tantum;

ligione, habuisse pro-

esse in Gallia formam

vertendae Nos gratia-

m: ea Nos abnusse

Apostolica Sedes alias

similia, quae, ut licet

iis cernere, late ad ir-

mutur in vulgus, iam

iamus esse falsissima,

Fratres, et bonorum

ne scilicet imperitos

Nominatum vero quod

m se alibi Ecclesiam

ili, monstratis oportet,

iversa prorsus verte-

quumque praesertim

nibus aliquo saltem

ad si quaepiam civitas

esiam, ut plenam ei-

m fecerit, liberumque

reliquerit, non uno

quidem nomine iniuste se gessit, sed tamen in conditione Ecclesiam collocasse dicenda est non omnino intolerabili. Verum multo secus agitur hodie res in Gallia: ubi iniustae huius legis conditores instrumentum sibi comparasse non tam ad separandam a Republica Ecclesiam, quam ad opprimendam videntur. — Ita, studia pacis professi, concordiamque polliciti, inferunt religioni patriae bellum atrox, inieictisque acer- riarum contentionum facibus, cives cum ci- vibus committunt, quanta cum pernicie ipsius reipublicae, nemo non videt. Studebunt pro- fecto certaminis huius et eorum, quae securita sunt, malorum in Nos transferre culpam. Sed quisquis facta sincero iudicio aestimaverit, quae Ipsi etiam in Litteris Encyclieis « Vehe- menter Nos » attigimus, diuidebit, utrum Nos reprehendendi simus qui, alias ex aliis per- pessi iniurias toleranter, dilectae nationis causa, ad ultimum coacti sanctissimos Apostolici officii transire terminos, negavimus posse; an potius tota in eis culpa resideat, qui catholici nominis invidia ad haec usque extrema pro- vecti sunt.

At enim catholici ex Gallia homines, si vere suum Nobis obsequium studiumque praestare volent, ita pro Ecclesia contendunt, quemadmodum eos monimus, constanter nimirum ac fortiter, nihil tamen seditiose violenterque faciendo. Non vi, sed constantia, tamquam in aree iustitiae colloctati, frangent aliquando inimicorum contumaciam: intelligent vero, quod diximus iam iterumque est dicendum, ad hanc se victoriam nisuros frustra, nisi summa inter se coniunctione in tutelam religionis conspirarint. Nostram habent de nefastae legis usu sententiam: sequantur, ut oportet, voluntibus animis; et, quidquid quisque de hac ipsa re adhuc disputando tenuit, caveant, obsecramus, ne quis quem propterea offendat, quod melius viderit. Quid consentientium voluntatum con- nexarumque virium contentio possit, mature capiant ex adversariis documentum; et quo pacto his licuit nequissimam civitati imponere atque inurere legem, eodem nostris tollere eam licebit et extinguere. — In tanto Galliae discrimine, si quidem universi omnes, quotquot maximum patriae bonum summa sibi ope tuendum putant, Nobiscum et cum Episcopis suis et inter se coniuncti, pro religione, quo modo opus est, elaborabunt, non solum non desperanda Ecclesiae Gallicae salus est, sed sperandum brevi fore, ut ad dignitatem prosperitatemque pristinam resurgat. Nos, quin Nostris satisfacturi sint praescriptionibus et votis, minime dubitamus: interea divinam benignitatem conciliare vobis omnibus, patrocinio confisi MARIAE IM- MACULATAE, impense studebimus.

Auspiciem caelestium munierum ac testem paternae benevolentiae Nostrae, Vobis, Venerabiles Fratres, universaeque Gallorum genti Apostolicam benedictionem amantissime imperimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x Au- gusti, in festo Sancti Laurentii Martyris, anno MCMVI, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. X.

EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE.

Ex Congregatione Concilii Tridentinis decre- tis interpretandis:

— Pro alienationibus publicarum versurarum, ad ecclesiastica entia vel ad pias causas tutelae Ecclesiae subiectas spectantium, Apostolicum beneplacitum requiratur necesse est, prouti pro alienationibus bo- norum immobilium ac rerum pretiosarum. Eadem facultas requirenda est pro earumdem permutatione in alias publicas versuras aut valores etiam immo- biles, excepto casu urgentis necessitatis, in quo pe- rileum sit in mora et tempus non suppetat recur- rendi ad S. Sedem, habitu tamen in his adiunctis Ordinarii beneplacito, et sub lege ut permutatio fiat in titulis quam maxime tutis. Contra, venditores et adquirentes obnoxii sunt ecclesiasticis poenis in Extravaganti Ambitiosae et Constitutione Aposto- licae Sedis statutis. (Ex deer. d. xvii mens. Februario M DCCCC VI).

Ex Congregatione Episcoporum et Regula- riuum:

— Sanctimoniales ante religiosam professionem, iuxta normas a S. Congr. Episc. et Reg. die xxviii mens. Iunii M DCCCCI data, possunt cum sola super- iorissae licentia dispositionem reddituum mutare. (Ex deer. d. ii mens. Iunii M DCCCCV).

— Gratia conceditur Ministro Generali Ord. Fr. Min. Capucinorum ut tam ipse quam eius suc- cessores, congregations Tertiariorum et Tertiariarum Tertiis Ordinis S. Francisci regulam a Leone XIII approbatam quoad substantiam profitentium, in com- munitate viventium et vota simplicia emittentium, sive primi et secundi Ordinis habitum et vota sim- plicia emittentium, sive primi et secundi Ordinis ha- bitum et nomen mutuentur, sive non, eidem primo et secundo Ordini aggregari possint et valeant; itemque ut earumdem congregationum sodales, si id pe- tant, ut quandoque evenit, participes reddi valeant omnium bonorum operum, quae in dicto primo et se- cundo Ordine a singulis membris peraguntur, utque vicissim primi et secundi Ordinis membra participare possint omnibus bonis operibus quae a sodalibus con- gregationum ut supra aggregatarum perficiuntur; dummodo tamen enunciatae Societates sint rite Tertio Ordini Franciscali addictae, nec alterius Familiae Franciscalis seu Fratrum Minorum, vel Fratrum Minorum Conventualium directioni subiaceant.

Ex Congregatione de Propaganda Fide:

— Loco duarum Missionum quas Leo PP. XIII d. xv mens. Martii M DCCC LXXXVI instituit in Insulis Carolinis, alteram Carolinarum Orientalium di- cens, Occidentalium alteram, unica constituitur Praefectura Apostolica Insularum Carolinarum nuncupata, atque Provinciae Westfaliensi Ordinis Minorum Capulatiorum curis excolenda committitur. (Ex deer. d. XVIII mens. Decembr. an. M DCCCC V).

Ex Congregatione Studiorum:

— Per insigni Collegio Divi Thomae Aquinatis de Urbe in quo florent studia Philosophiae, Theologiae atque Iuris Canonici, conceditur ut in posterum « Pontificium » vocari possit et gradus academicci, qui ab eo in illis disciplinis rite conferuntur, eadem prorsus iura ac privilegia habeant, quae habent aca- demici gradus qui in qualibet Universitate catholica canonice instituta conferuntur. (Ex deer. d. xxvi mens. Maii M DCCCC VI).

Ex COMMISSIONE BIBLICA.

De Pentateuchi authentia eiusque integri- tate.

Propositis sequentibus dubiis Consilium Pontificium pro studiis de re biblica provehendis respondendum censuit prout sequitur:

I. Utrum argumenta a criticis congesta ad impu- gnandam authentiam Mosaicam sacerorum Librorum, qui Pentateuchi nomine designantur, tanti sint ponderis, ut posthabitis quampluribus testimonis utriusque Testimenti collective sumptis, perpetua consensione populi Iudaici, Ecclesiae quoque constanti traditione, nec non indicis internis quae ex ipso textu eruuntur, ius tribuant affirmandi hos libros non Moysen habere auctorem, sed ex fontibus maxima ex parte aetate Mosica posterioribus fuisse confectos?

Res. Negative.

II. Utrum Mosaicā authentia Pentateuchi talem necessario postulet redactionem totius operis, ut prorsus tenendum sit Moysen omnia et singula manu sua scripsisse, vel amanuensibus dictasse: an etiam eorum hypothesis permitti possit qui existimant eum opus ipsum a se sub divinae inspirationis afflato conceptum alteri vel pluribus scribendum commis- sis, ita tamen ut sensa sua fideliter redderent, nihil contra sua voluntatem scriberent, nihil omitterent; ac tandem opus hac ratione confectum, ab eodem Moyse principe inspirato auctore probatum, ipsiusmet nomine vulgaretur?

Res. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

III. Utrum absque praediicio Mosaicā authentiae Pentateuchi concedi possit Moysen ad suum confi- ciendum opus fontes adhibuisse, scripta videlicet do- cumenta vel orales traditiones, ex quibus, secundum peculiarem scopum sibi propositum et sub divinae inspirationis afflatu, nonnulla hauserit eaque ad verbum vel quoad sententiam, contracta vel amplificata, ipsi opere inseruerit?

Res. Affirmative.

IV. Utrum, salva substantialiter Mosaicā authentia et integritate Pentateuchi, admitti possit tam longo saeculorum decursu nonnullas ei modificationes obve- nisse, ut additamenta post Moysis mortem vel ab auctore inspirato apposita, vel glossas et explica- tiones textui interiectas; vocabula quaedam et formas e sermone antiquato in sermonem recentiorem trans- latas; mendosas demum lectiones vitio amanuensium adscribendas, de quibus fas sit ad normas artis criticae desquirere et iudicare?

Res. Affirmative, salvo Ecclesiae iudicio.

FULCRANUS VIGOUROUX, P. S. S.

P. LAURENTIUS JANSSENS, O. S. B.

Consultores ab Actis.

DIARIUM VATICANUM.

(Die xxi mens. Iul. - d. xx mens. Aug. M DCCCC VI).

Coram SSmo admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos Antistites alios que viros, qui sui cuiusque munieris gratia Pontifice de more adiverunt, peculiari nota digni sunt iuxta admissionis diem: Exclusus vir Iosephus Aversa, legatus Apostolicus apud Cubanos et Portoricenses; exclusus vir Philippus Lancellotti, Princeps Urbanus; Aloisius Serlupi Crescenzi, Marchio, Pontificii stabuli magister, eiusque uxoris; Germanorum peregrinorum manus; r. p. Emanuel Sanchez, Praepositus Generalis Scholarum Piarum nuper electus cum concilio Congregationis suae; manus peregrinorum e Septem- trionali America ab excluso viro Henrico Gabriels, episcopo Ogdensburghen. coram adducti; exclusus vir

Antonius Sabatucci, archiepiscopus Antinoen., Internuntius Apostolicus apud Argentinam, Uruguayanam et Paraguayanam civitates; Iulius De Wagner, Comes, legatus extraordinarius Monacensis; eius vir Vincentius Card. Vannutelli, Pontificius legatus apud Eucharisticum omnium gentium conventum, qui proxime Tornaei erit; eximus v. Rodericus de Figueras y Torres, Hispanorum legatus apud Apostolicam Sedem; eximus v. Camillus Rospigliosi, Princeps Urbanus, Pontificiae nobilium stipatorum cohortis dux; Vincentius Stelluti Seala, Comes; r. p. Franciscus Vido, Praefectus gefilis Congnis Cleric. Regul. Ministrantium infirmis; r. p. Ioannes Kasprzycki, Praepositus gefilis Congnis e Resurrectione D. N. I. C.

Pontificiae electiones.

Eximus v. Petrus Xaverius Mugabure, episcopus Sagalassen., archiepiscopus Tokien. dicitur.

Rmus vir Ioannes Andreas Masera, vicarius gefilis Fossanen., episcopus Bugellen. creatur.

Vita functi viri clariores.

Lamae, in Africæ oppido, P. Leander a Virgine Perdolente ex Ordine SS. Trinitatis pro redemptione captivorum, Praefectus Apostolicus regionis Benadir, annos natus XXXIV.

Varia.

Die XXVIII mens. Iulii Pontifex epistolam encyclicam mittit ad episcopos Italiae de cleri disciplina.

— d. IX mens. Augusti «Pontifica Capella» habetur in Xystino sacello ob expletum feliciter a SSmo tertium Pontificatus annum.

— d. XIII vulgantur litterae a Galliae Episcopis ad Pontificem missae post latas illic leges in Christi religionem. Pontifex iis respondet encyclica epistola, quam integrum in hoc Vox Urbis fasciculo referimus.

ANNALES.

Russicae res.

Rationi illi morem gerentes, cui assuevimus, nullius partis studio commoveri, et libertate simul cum iustitia usi, quae a dimisso Russico popularium coetu, cui nomen *Duma*, evenere, brevi colligimus. Legatorum igitur plures Viborgi in urbe Finlandiae convenere, ut populum hortarentur ad vectigalium solutioni abnuendum delectuque habendo sese abstinentum. Proveatio haec vero vana videbatur, quum ex improviso tum terrestres, tum navales copiae, quibus fidebatur ad publici ordinis tutelam, ipsae contra rebellionis quasi centrum, in Balticis provinciis praesertim, ita factae sunt, ut ad eas opprimendas armis uti oportuerit. Successit per aliquot dies quietis satis, ea fortasse de causa quod indicta omnium operariorum ab operibus ex condito desertio longe accidit quam eius fautores sperabant. Nunc denique factiosorum furor eo se convertit, ut terrorum populi incitaret, incendiarias pilas hac illaciens ruinas rerum et hominum caedes procurans.



Graecorum Bulgarorumque discordiae.

Non tamen Russicum solum unum sanguine recens rubuit. Lucta enim, quam iamdiu Bulgari commiserunt in Graecos Macedoniam incolentes ad vim transivit, Philippopolis praecipue in urbe, et per Rumeliam provinciam, ubi

Graecorum bona ipsaque personae violata sunt, eoque deventum est ut Anehalum oppidum ligno exstructum flammis traditum fuerit omne, praeter Rumeliorum vicum, qui armata manu, quibus ignis peppercisset, Graecos insequi dicebantur. Quidquid fuit, id certum est, legatos omnium gentium Rumeliae addictos protestationes apud gubernium illud emisse de istiusmodi sceleribus, indeque sperandum fore ut, pro humanitate saltem, efficaciter provideatur.



Regale colloquium.

In tot tantisque belli rumoribus Guilelmus, Germanorum Caesar, atque Eduardus, Anglorum, aliquod pacis signum attulere. Qui quum una convenissent Cronberg in urbe diuque essent comiter colloquuti, tutius indicium praebeuerunt concordiae duorum popolorum, quam infirmatam diaria postremis hisce temporibus dictitabant.



PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

In Anglia de exercitus reformatione deque navalibus operibus remissius producendis disceptatum, parte illa gubernio obstante quam «conservatricem» vocant. Constitutio quoque pro Transvaaliana terra lata.

In Bavaria, lege de aquis adprobata, coetus dimissus.

In Peruviana republiea sessiones incoptae praesidis litteris, civitatis res secundas esse affirmant et amicitiam nunciantis cum ceteris australis Americae nationibus.

In Serbia administris commissum feriendi pro tempore commerciorum foedera cum exterris populis.

PER ORBEM.

Die XXI mens. Iulii M DCCC VI Yokohama in Iaponica urbe incendium aedes ad mille numerum vorat.

In nordica Germania atra procella ruinam necesse procurat.

— die XXIV Vindobonae Ferdinandus von Saar poeta misere sibi mortem consciscit.

— die III mens. Augusti Mediolani in artium omnium exhibitione incendium, qua de causa ortum ignoratur, aedificium plane absunit ubi res omnes ad exornandum ab Italibus Hungarische perfectae ostendebantur. Damna ad centies et quindecies centena millia libellarum computantur. Minime vero inde fracta Italorum virtute, vix remotis ruinis ad novam eiusmodi rerum exhibitionem manus admoventur.

— die V Italica vectoria navis vapore acta, cui *Sirius* nomen, Australis Americae iter ingressa, quum ad Palos promontorium pervenisset, scopulum sub aqua latentem offendit,

atque discinditur. Miserorum viatorum plures merguntur, inter quos eximus episcopus Belemen de Para in dioecesim suam ab Urbe revertens.

— die VIII ex Aloisiana septentrionalis Americae civitate nunciatur Colorado flumen ob ingentes pluvias e limitibus hinc inde exisse vique sua laeta sata, armenta ipsosque infelices incolas in ruinam traxisse.

— die IX tempestates Rhetiam late pessimant.

— die XVII terraemotus ingens Valparaiso aliasque Cilenses urbes subvertit. Incendia quoque inde feruntur exorta damna et caedes adaugentia.

ZEN.

LONG.

ZEN.

AENIGMATA.

I (vulgo *Rebus*).

O NE AS ; RA ES
BE BI ; RA RA

II.

A. I. B. PESENTI PROPOSITUM.

Et pueris placet et senibus tenerisque puellis; cara tibi res est; est quoque cara mihi.
A capiti adiicias, et ponet in arbore nidum et dabit e tenui gutture dulce melos.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet I. B. FRANCESIA comoediam latinis versibus scriptam, cui titulus:

SATURIO.

LONG.

ZEN.

Aenigmata an. IX, n. VI proposita his respondent:

1) Omen-Nemo; 2) Eva-Ave.

Ea rite soluta miserunt:

And. Pápay, *Pruzsina*. — Petrus Tergestinus. — Alex. P. Gest, *Trentonio*. — I. Ortiz, *Moretia*. — F. Arnoni, *Meditano*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — Renk par., *Davenportia*. — Ern. Fré, *Vercellis*. — F. Guerra, *Aletio*. — Arn. Blekman, *Haga*. — Collegium Scholarum Piarum, *Stella*. — Rich. Brondel, *Brugis*. — Am. Robert, *Marieville*. — G. Müller, *Berolino*. — I. Walter, *Neo-Eboraco*. — V. Bonaiuti, *Roma*. — Call. Amalberti, *Albio Intemeto*.

Sortitus est praemium:

G. MÜLLER,

ad quem missum est PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

Socios et lectores admonere iuvat, libros recens editos atque ad nos missos ut in Voce Urbis eorum notitia detur, apud administratorem nostrum, nisi contra aperte declaretur, minime venundari. Si quis igitur alterum eorum sibi cupiat, petat necesse est ab editore, quem semper indicamus.

GERMAIN A. *L'influenza di S. Francesco su la civiltà e su le arti.* — Romae edid. Deselée, Lefebvre et soc., 1906. (Ven. lib. 0,60).
De lingua Polonica in Ecclesiis Lithuaniae. Supplex libellus Suae Sanctitatis Pio X Papae omnibusque S. R. Catholicae Ecclesiae Cardinalibus a Lithuania oblatu. — Caunae edit. 1906. (Ven. r. 1, k 25).

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Paolis*, Phil. Cuggiani.

ZENO — Tragoedia IOSEPHI SIMONIS Angli.

(8)

(Passim retractavit hodiernisque scenis aptavit I. F.)

ZEN. Unde versus in luctum dies?
Frater, quid atra purpuram obtendit chlamys?
LONG. Haud exuenda, donec hostilem bibat
Ebria cruentem. Potuit hoc, potuit nefas
Pelagius? O mordacis invidiae malum!
Longinus, orbis lumen, Augusto satus
Regumque frater, vile iam sortis probrum,
Iam ludus aulae, saeculi risus ferar:
Ferar procacis praeda Pelagi. O scelus!
Haec cernis? haec tueris? haec, frater, probas?
Emorior ira.

ZEN. Frater age, animos cape,
Seque intus ipse frangat irarum tumor,
Labem negati decoris haud tardus luet.
Ne metue: reges nemo securus diu
Lacessit. Alte vulnus in venis latet;
Aeternus iras pascit ultrices dolor:
Petet ille noctis regna; tu regni thronum.
LONG. Sed quando petet? O laetus in poenas furor!
ZEN. Dant odia tempus.

LONG. Odia privatus gerat,
Rex tela et ictum. Fossus actutum ruat,
Annure regi quisquis oranti negat.
Quid temporis opus?

ZEN. Tela, nisi tempus regat,
Feriunt vibrantem.

LONG. Certus irarum est locus.

ZEN. Incertus ictus.

LONG. Sors tamen certum facit.

ZEN. Fortuna caecas caeca iaculatur faces.

LONG. Non ubi nocendum est. Caeca quos feriat videt.

ZEN. Et te videbit.

LONG. Semper arrisit mihi.

ZEN. Arridet illa saepe, cui pestem parat.

LONG. Fortuna nostrum, qua volet iugulum premat,
Dum pariter hostem perdat.

ZEN. Incautas alis
Violentus iras, stulta vindictae est sitis,
Dum pereat hostis, ipse si simul peris.
Prudentis ille nomen ultius feret,
Qui laesus, odia, recipit in tutum prius;
Tunc ultus hostem, quando praecipitem super
Positus ruinam, victor applaudit sibi.

LONG. Si trahimus iras, placat iratum mora.

ZEN. Ubi mitis ira est. Alta si rabies sedet,
Spatio tumescit.

LONG. Fama vindictae perit,
Si clam prematur hostis.

ZEN. Ultorem tamen
Tacita voluptas pascit.

LONG. Ignavum reor
Quisquis latente vulnus infligit manu.

ZEN. Qui tutus hostem stravit, ignavum nega.

LONG. Palam prematur, probra qui palam vomit.

ZEN. Hostem docet cavere, qui palam ferit.

LONG. Cum tonuit axis, monstrat exitium fragor,
Cunctique fugimus. Fulmen, ubi silet, nocet.

ZEN. Quid frena rerum, sceptra quid mundi geris
Si sit timendum?

MAGNA PELAGIUM TEGUNT
Praesidia, virtus, mentis ingenuae nitor,

INTEGRA LABIS VITA, VOX SENSI GRAVIS,
TUMULTUOSIS PULCHER IN REBUS TENOR,
AMOR SENATUS PARITER ET VULGI FAVOR.
HOC SI REVELLAS COLUMEN, IMPULSU PARI
LABEFACTA REGNI CULMINA RUINAM TRAHENT.
LONG. Quae sic timemus, morte properata ruat.
Causam requiris? Colitur et vulgo placet.
Ars una regum est, metere surgentes nimis.
Nisi celsa regni capita decutias, brevi
SUMMUM SUPERBO VERTICE AEQUABUNT CAPUT.
SED NEC TIMENDUM PLEBIS AUT PROCRETUM REOR
USQUAM FAVOREM. SAEPE QUEM STANTEM COLUNT,
FUGIUNT CADENTEM. CEDRUS UTI VENO STETIT
APICE DECORA, PLACUIT: UBI FERRO ERUTA
TRAXIT RUINAM, PASTOR OBTRIVIT PEDE (1).

SCENA IV.

URBITIUS, ZENO, LONGINUS, SEBASTIANUS, ANASTASIUS.

SEB. Auguste, propius clangit.
ZEN. ARMORUM FRAGOR?
SEB. Sonuere litui.
ZEN. Vivus in tumultum fero.
Fer arma, frater.
SEB. DUCIT AERATAS PROCUL
Aquila catervas.
LONG. PESTIS ET AQUILAM PREMAT.
SIMUL ET CATERVAS, ZENO, PRAESIDIUM PARA.
PER STAGNA DITIS PERO. PRAESIDIUM? NISI
PHLEGETONTE RUPTO TORVA FURIARUM COHORS
SUCCURSAT, OREUM IURO, PRAESIDIUM PARUM EST (2).
AD ARMA, CAESAR!
LONG. ARMA TE DIRA OBRUANT.
ZEN. QUID ARMA CLAMAS?
URB. TERRA QUADRUPEDUM GEMIT
CALCATA PASSU.
ZEN. LATERA QUADRUPEDUM CREPENT!
RUMPANTUR EQUITES!
URB. PULVIS ERIPUIT POLUM;
HARMATIUS URBEM REPETIT, ET BELLO INCLYTAM
COGIT PHALANGEM VICTOR.
ZEN. ATTONITUM QUATIS.
QUID SI PARENTI NATUS OCCURRAT SUO
BASILISCUS AULA PULSUS, EXCUSSUS THRONO,
IRRISUS, EXSUL, FOEDUS AERUMNIS PUEB?
O QUANTUS ANIMUM PUNGET IRATUM DOLOR!
IUS ARMA REPETENT: REGIAM ASSULTU PREMET.
QUID REBUS ANIMI, FRATER, AMBIGUIS SEDET?
LONG. DOLIS AGENDUM EST.
ZEN. FARE, QUID DOLI MODUS? (3)
ANAST. CAESAR, PROPINQUANT ARMA.
ZEN. QUID, BUBO, GEMIS?
ANAST. TONAT HEU SONORE PULSA VICINO TUBA!
REPETERE SCEPTRA RUMOR HARMATIUM CANIT.
CAVETE, REGES.

(Ad proximum numerum).

(1) Prodit Sebastianus.

(2) Intrat Urbitius.

(3) Prodit Anastasius simplicitatem simulans.

SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, *via Alessandrina, 87*) mittantur, res praecise indicando quae quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

SATURIO,

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro Joanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO.